



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Assumptio B. Mariæ Virg. 15. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

pridie VIRGINIS ASSUMPTAE; quam num amaret rogatus. Quid ni, inquiebat, MARIAM amem matrem meam? ita enim eam appellabat, novos semper de illa titulos & magnifica verba excogitans. Vtique igitur MARIA mater STANISLAI, sed & filius STANISLAVS MARIAE fuit. Vtinam plures fratres numeraret! Ex Franc. Sacchino.

Panem caelestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate. Mentiri Deo potes, Deum fallere non potes; novit ille quid agas: intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, aut damnat, aut coronat. S. Aug. tract. 26. super Ioann.

ASSUMPTIO B. MARIE VIRG.
15. Augusti.

A Ge penna, quid humi repis, dum VIRGINEM laudas? altius vola, & supra caelos laudibus hodie merentem tolle. Sequimini Sodales, si germani MARIA pulli estis, Crescebant, & oculos caeli multum delectabant primi Ecclesiae flosculi, cum hos è caelo Filius, in terris MATER fovet, Sed denique ille matrem terris, hæc Filium caelis invidebat. Ergo igitur iterum boni nuntii bajulus Gabriel adest, & ad suavissimum mortis somnum invitac. Ad sunt interim divino nutu, qui toto orbe divisi erant Apostoli, & lectulum abiturientis ambiunt. Cerneret pro virgine certantem cum caelo terram. Hinc filii lacrymis retinent, & amplexu morantur, illinc suavissimi Cælicum moduli animam beatam proliciunt, trahuntque absponte properantem. Suscipit proinde matrem Filius, sinumque pro sinu rependens illuc evehit, unde unum illa Deum suspicit, alia omnia despicit. Solabatur terra luctus suos opima spolio

spolio, corpufculo Virgineo, fed etiam hoc brevi
 fpolianda. Etenim cum, ita Numine volente, fe-
 rius è XII. proceribus Thomas adveniffet, & amiffam
 Matrem etiam in tumulo mœftus quæreret,
 præter lintea, tam magni thefauri nuper involu-
 cra, nihil reperit; quòd cælum etiam Corpus sub-
 duxiffet. Ah liceat amplexis pedes, & in hederæ
 morem alligatis dicere: Nunc, fi terram naufeas,
 Virgo, feande Cælum. *Ex Brev. Rom. &c.*

*Præceffit nos Regina noftra, præceffit, & tam glo-
 riosè fufcepta eft, ut fiducialiter fequansur Domi-
 nam fervuli clamantes, Trahe nos poft te; in odore
 unguentorum tuorum curremus. S. Bern. ferm. I. de
 Aff. B. M. V.*

S. ARNVLPHVS EP. 16. Augufti.

Sæpè matres & viva filiorum funera malè rîs
 dent & malè lugent mortua; id quod ARNVL-
 PHVS etiam mater primò factitabat, dum quem pri-
 mum enixa eft filium, fpem unicam familiæ, fed
 morte intemptivâ fublaturum non poffe deflere
 fatis fibi videbatur. Sed monuit bonus Genius
 æquo animo ferret, quod non poffet non ferre;
 qui maximè oculis arriderent flores, hos primos
 carpi. Non invideret filio Cæli contubernium, in
 omnia vitia, fi porrò iviffet, atque aded latronum
 focietatem abripiendo. Potiùs nafcitur alterius fi-
 lii fpe animum erigeret, qui vitæ fãctioris famâ
 orbem effer impleturus. Atque hic ARNVLPHVS
 nofter fuit, aulam primò & militiam, tum mona-
 fticen fecutus, eo femper vitæ tenore, ut dubium
 penè fecerit, fãctiõne miles an monachus fue-
 rit. Ex hoc Abbas, ex Abbate Pontifex Sueffione
 ita geffit, ut extremum ægro ter concuffum cu-
 biculum ter fpectaculum objecerit jucundiffimum
 mo-